



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

21 Quarta debetur Episcopis delegatis factis confraternitatibus laicorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ninò non sepeliuntur, & omessa disputatio-  
19 mente testatoris, & Ordinarij, † etiam  
ne, ac varietate opinionum, ad illam quar-  
tam non tenentur, ut relatis opiniōnum  
diversitatibus tenet gloss, in prædicto, §. ve-  
rum, in vers. quartam, quam sequitur ibi  
Iac. qu. 18. & Imol. Abb. in c. officij, num. 6.  
17 in fin. & ibi Rave. detect. sed † quia sicut  
falcidia est in bonis hæredis, sic quarta pa-  
rochis debita est in bonis ecclesiārum pa-  
rochialium, propterea eam vendicare pos-  
sunt, & inhiberi facere hæreditatibus, vel  
per fideicommissum gravatis, ne illam fra-  
teribus, sed ipsis parochis termino adveni-  
ente persolvant eandem, argum. text. in l.  
hæres. in fin ff. ad Trebell. &c tenet gl. in d. §.  
verūm, in verb. largiri, & Abb. in ead. elem.  
dudum, num. 54 & ita cauti advocati super  
modo procedeadi parochos consulere de-  
bent, quia fratres, propter exemptionem,  
ad exhibendam quartam per Ordinarios  
locorum compelli non possunt, gl. in ead.  
elem. §. ultra portionem, in verb. coerceri, &  
ibi Abb. num. 56.

Quæritur nunc hoc casu quis erit judec-  
competens ad inhibendum hæredi laico  
gravato de non solvendo regularibus lega-  
to, nisi prius parochio quarta debita fuerit  
soluta; & cum parochus sit actor contra  
laicum, videtur, quod judicem secularem  
18 adire debeat, quia † actor regulariter fo-  
rum rei sequi debet, & si clericus laicum de-  
for. comp. vbi Doct. omnes, cap. cum sit 20  
generale, eod. tit. cum tamen parochialis  
ecclesia, cuius vice, & nomine parochio  
quarta debetur, sit causa pia pro cautela,  
ne legatarius persoluat integrum legatum,  
poterit Episcopus contra eundem lega-  
tarium, concedere inhibitionem, per d.  
glos. in ver. largiti, & Abb. d. n. 54. præ-  
fertim, quia pendet hæc inhibitio à pia

19 mente testatoris, & Ordinarij, † etiam  
tanquam Sedis Apostolicæ delegati in ea-  
sibus à jure concessis omnium piarum  
dispositionum, tam in ultima voluntate,  
quam inter vivos sunt exequatores, conc.  
Trid. cap. 8. de resor. sess. 22. & ibi Con-  
gr: Conc. super eod. cap: in decis. sub. tit.  
Hispanen. & non obstat, quod, qui debent  
persolvere aliquid legatum, sint officiales  
S. Officij Inquisitionis, & exempti à juris-  
dictione Ordinarij, vel professores in ali-  
qua Universitate ratione litterarum con-  
servatoriarum, quæ existunt à jurisdictione  
ordinaria, non autem à delegata à sede  
Apostolica, ut hoc casu super eod. cap. 8. ab  
ead. Congreg. fuit decisum, in decis. sub. tit.  
Patau. & in §. consuet. etiam. Sunt etiam  
piarum dispositionum executores de jure  
civili, l. nulli, &c. de Ep. & cl. & de jure ca-  
nonico, ut c. nos quidem, c. si hæredes, c. tua  
nobis, c. Ioannes, de test. & cle. quia contin-  
git, de relig. dom. & Parochus ad libitum  
suam disponere potest de quarta, quam  
acquirit nomine mortuiorum, Bald. in l.  
preses, ad fin. C. de trans.

Alia quarta † debetur Episcopis de reli-  
ctis, non solùm ecclesijs, sed etiam mona-  
sterijs, hospitalibus, & aliis pijs locis factis  
non exembris, c. officij, ubi Abb. n. 1. & Co-  
var. etiam num. 1. & c. requisisti, ubi Innoc.  
n. 1. & etiam Abb. nu. 9. de testam.

Quæritur, nunquid debeatur † quarta  
Episcopis, ex his, quæ legitur con-  
fraternitatibus laicorum, quæ prætextu  
pietatis & devotionis sub regimine offici-  
alium ab ipsis electorum congregantur, &  
quod hæc legata non sint locis pijs, sed per  
sonis, & ideo non debeantur, facit, text. in  
cap. requisisti, de testam. tenet Bald. in l.  
si quis ad declinandum, §. in omnibus,  
nu. 9.

nu. 19. C. de Episc. & cler. Abb. in d. c. officij. 23 dict. cap. 8. & cap. 9. eadem sess. 22. exequi.  
in fin. de testa. & in cons. 31. num. 1. vers. certio induco, vol. 1. Fed. de Sen. cens. 129. Calc. cons. 21. & Covar. in d. c. officij nu. 12. Contraria verò opinionem, quod hæc quarta Episcopo debeatur, tenent in eod. c. officij. Anchæ. & Barbat. num. 7. Petr. de Perus. late in tract. de quatr. canon. 14. qu. principali. & post diligentem disputationem eandem opinionem sequitur Barb. cons. 1. nu. 1. vol. 4. quam communem esse testatur, & sequitur Covar. eod num. 12. cui non obstante in contrarium adducta, quia cessat nunc primum, & præcipuum fundatum, Abb. quod confraternitates sint loca, & personæ exemptæ à jurisdictione Episcopi, cum stat illius jurisdictioni subiectæ, ut per conc. Trid. c. 1. de refor. sess. 22. & novissimè per constit. Clem. VIIIII. sub die 7. Decembri 1604. editam.

Nam admittitur, quod sint puri laici, & foro seculari subjecti, ut singuli, sed Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ t̄ delegati habent jus visitandi easdem confraternitates laicorum, etiam quas scholas, sive quoenque alio nomine vocant, non tam, quæ sub immediata regum protectione sunt, sine eorum licentia, etiam si eorum cura ad laicos pertineat, atque easdem confraternitates exemptionis privilegio sint munitæ, ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo juxta sacrorum canonum statuta cognoscere, & exequi debet, non obstante quacunque consuetudine, etiam immemorabili privilegio, aut statuto, conc. Trid. d. cap. 8. sess. 22. de reforn. & debet Episcopus confraternitatibus visitationem invitare, & exactiōnem rationum, juxta

Si vero t̄ confraternitates excipient de privilegijs, aut de aliqua alia re, propter quam visitari se non posse prætendant ab Ordinario, tunc earum allegationes in facto, & in jure ad sacram congregationem suam transmittendæ, & interim est superseedendum, ut fuit ab eadem sacra congregatione decisum, ut in decisi. sub tit. Rubru. & alias sub titulo Mediolanen. super eod. cap. 9.

24 Administratores autem t̄ tam ecclesiastici quam laici, fabricæ cujusvis ecclesiæ etiam cathedralis, hospitalis, & confraternitatum, & hujusmodi piorum locorum singulis annis Ordinario rationem reddere tenentur, consuetudinibus, & privilegiis quibuscumque in contrarium sublati, nisi secus in institutione, & ordinacione talis ecclesiæ, seu fabricæ expressè causatum esset: & si ex consuetudine, vel privilegio, aut constitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda esset, tunc cum illis, & Ordinarius debet adhiberi, & aliter factæ liberationes administratoribus minime suffragantur, concil. Trident. cap. 9. ead. sess. 22. & administratores locorum piorum etiam exemptorum nemini alias rationem reddentes, Episcopo eam reddere debent, & si aliis reddere consuerunt, cum illis est etiam principaliter Episcopus adhibendus, congreg. conc. super eodem cap. 9. sub titul. Mediolanen. Cremonen.

Ideò, cum ex dispositione concilij hodie confraternitates subsint Episcopis ratione oneris t̄ Episcopalis, debent legata pro quarta Episcopis communicare, Abb. in eod. cons. 31. vers. nec obstat unum, Cessat etiam secundum fundamentum,

A 22 quod